

tangat. nā flebit. Quia cantabit insignis. i. ita describent a me sua scelera: ut sit insignis & notus
 in tota urbe. Et profecto natura duce unusquisque iniuriā ulciscitur iis armis quae hēt: nā ceruius qui erat
 acer accusator minitatur leges & urnā. i. iudiciū: ut alibi demonstratū ē: Canidia uero albutii filia uene-
 fica minatur uenenū & suas incantationes. Turius autem quae iudex facile corrūpebatur minatur contra ad-
 uersarios iudicatur. Ergo lupus dente utitur. Taurus cornu: quia sibi haec ultio demonstrata est intus
 .i. a sua natura. Sceua: probatur exemplo sceuae: hic uiribus non ualebat fraude at ualebat. Ergo Cre-
 de. i. committe sibi uiuacē matrē. i. quā-
 miū uiuere moleste fert. Pia dextera
 .i. quae pia uidetur: quia nihil faciet sceleris.
 Mira. i. mira res uidetur quae scaua ne-
 pos. i. luxuriosus uir non interimat ma-
 trem nimis uiuacē: sed non est mira: nā ne-
 que lupus nocendi cupidus nocet calce:
 quia non ualet calce: nec taurus nocet de-
 te: quia non ualet morsus. Sic scaua non utitur
 uiribus: quia non ualet illis: sed utetur ue-
 neno cum admisceat cicutā melli. Scri-
 bam quis erit color. i. quaecumque erit for-
 tuna. nā albu pro foelici & nigrū pro ifoe-
 lici ponitur: ut est ex lapillis cretensibus ap-
 paret. O puer: uerba trebatii: quae appel-
 lat Oratiū puerū. i. filiū aetatis amorisque
 causa. Metuo ut sis uitalis. i. metuo ne ui-
 uas: si satyras scribes. Ne quis maio-
 rū amicus: uel aliquis ex maioribus: qui
 se amicū simulet: uel aliquis maiorū quos
 offendis. Frigore: morte. Quid cum:
 Respondet oratius non esse sibi timēdū
 quoniam & lucilius ausus satyras scribere
 detraxit pellē: qua tecti mali homines nitidi
 incedebant: cum intrinsecus turpes eēt. i.
 fecit notam aliis simulatā illorum probitatem
 qua nitidi. i. sine uitiiis apparebant aliis.
 Cum intus uitiosi eēt. Pellē ergo dixit
 ut Persius. Ego te intus & in cute noui. Et
 Iuuenas. Summa ne quicquam in pelle decorū.
 Nec tamen offendit leliū aut scipionē: quae ab
 carthagine deuicta a phricanus ē nota
 tui. nec isti aegre tulerūt quae ille & metel-
 lū & lupū magnos uiros carpsit: & in
 famibus uersibus coopuerit: nec dubita-
 uit carpere lucilius & principes urbis: &
 ipsū populū per omnes tribus: quoniam soli
 uirtuti placebat. Malis autem omnibus erat in-
 sensus. Virtus scipiade: periphrasis. i. sci-
 pio. Vrsus ē pronimico pro nomine proprio: quia non
 recte quod dicit scipio in uersu hexametro: sic
 Virg. Aut geminos d. ful. bel. sc. cl. li. Dis-
 cincti: pigri. i. ociosi: nā licet & magnis
 uiris quandoque ociari. Quicquid sū ego.
 Sna ē quis neque opibus neque fortuna par-
 sim lucilio. nā & pauper sū & libtino pre-
 natus.

l. Scipio

Quemque animatē: & me ueluti custodiat esis
 Vagina tectus: quem cur distringere coner
 Tutus ab infestis latronibus: o pater & rex
 Iuppiter ut pareat positum rubigine talū:
 Nec quisquam noceat cupido mihi pacis: at ille
 Qui me comoritur: melius non tagere clamo:
 Flebit: & insignis tota cantabitur urbe.
 Ceruius iratus leges minitatur & urnam:
 Canidia albuti quibus est inimica: uenenum
 Grande malū turius si quid se iudice certet
 Ut quo quisque ualet suspectos terreat: utque
 Imperet hoc natura potens: sic collige mecū
 Dente lupus cornu taurus petit: unde nisi intus
 Monstratū sceuae uiuacē crede nepoti
 Matrē: nil faciet sceleris pia dextera. mirū
 Ut neque calce lupus quemque neque dete petit bos
 Sed mala tollet anū uitiato melle cicutā
 Ne longum faciā: seu me tranquilla senectus
 Expectat: seu mors atris circumuolat alis:
 Diues inops romae seu fors ita iusserit exul:
 Quisquis erit uitae scriba coloris puer ut sis
 Vitalis metuo: & maiorū ne quis amicus
 Frigore te feriat. quod cum est lucilius ausus
 Primus in hūc operis componere carmina morē
 Detrahere & pellē nitidus qua quisque pro ora
 Cederet introrsum turpis: num laelius & qui
 Duxit ab oppressa meritū carthagine nomen
 Ingenio offensi aut laeso dolere metello
 Famosisque lupo cooperto uersibus: atque
 Primores populi arripuit populūque tributū
 Scilicet uni aequus uirtuti atque eius amicis
 Qui ubi se a uulgo & scaua insecrta imoratur
 Virtus scipiadae & mitis sapientia laeli:
 Nugari cum illo & discincti laudare: donec
 Decoqueretur olus: soliti. quicquid sū ego quis